

From the Mass for the Twentieth Sunday after Pentecost.

Epistle from the Letter of Blessed Paul the Apostle to the Ephesians, 5. 15-21.

FRATRES: Videte quomodo caute ambulatis: non quasi insipientes, sed ut sapientes, redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. Propterea nolite fieri imprudentes, sed intelligentes, quae sit voluntas Dei. Et nolite inebriari vino, in quo est luxuria: sed implerini Spiritu Sancto, loquentes vobismetipsis in psalmis et hymnis et canticis spiritualibus, cantantes et psallentes in cordibus vestris Domino: gratias agentes semper pro omnibus, in nomine Domini nostri Jesu Christi, Deo et Patri. Subiecti invicem in timore Christi.

BRETHREN: See how you walk circumspectly, not as unwise, but as wise; redeeming the time, because the days are evil. Wherefore, become not unwise, but understanding what is the will of God. And be not drunk with wine, wherein is luxury: but be ye filled with the Holy Spirit, speaking to yourselves in psalms and hymns and spiritual canticles, singing and making melody in your hearts to the Lord: giving thanks always for all things, in the Name of our Lord Jesus Christ, to God and the Father; being subject one to another in the fear of Christ.



Continuation of the holy Gospel according to St. John, 4. 46-53.

IN ILLO TEMPORE: Erat quidam regulus, cujus filius infirmabatur Capharnaum. Hic cum audisset quia Jesus adveniret a Judaea in Galilaeam, abiit ad eum, et rogabat eum ut descenderet et sanaret filium ejus: incipiebat enim mori. Dixit ergo Jesus ad eum: Nisi signa et prodigia videritis, non creditis. Dicit ad eum regulus: Domine, descende priusquam moriatur filius meus. Dicit ei Jesus: Vade, filius tuus vivit. Credidit homo sermone quem dixit ei Jesus, et ibat. Jam autem eo descendente, servi occurrerunt ei et nuntiaverunt dicentes quia filius ejus viveret. Interrogabat ergo horam ab eis, in qua melius haberet. Et dixerunt ei: Quia heri hora septima reliquit eum febris. Cognovit ergo pater quia illa hora erat, in qua dixit ei Jesus: Filius tuus vivit: et credidit ipse et domus ejus tota.

AT THAT TIME, there was a certain ruler whose son was sick at Capharnaum. He having heard that Jesus was come from Judea into Galilee, went to Him, and prayed Him to come down, and heal his son; for he was at the point of death. Jesus therefore said to him: Unless you see signs and wonders, you believe not. The ruler saith to Him: Lord, come down before my son die. Jesus saith to him: Go thy way, thy son liveth. The man believed the word which Jesus said to him, and went his way. And as he was going down, his servants met him, and they brought word, saying that his son lived. He asked therefore of them the hour wherein he grew better. And they said to him: Yesterday at the seventh hour the fever left him. The father therefore knew that it was at the same hour that Jesus said to him: Thy son liveth; and himself believed, and his whole house.



Proper Prayers of the Mass in the Extraordinary Form

ADDENDUM:

**COMMEMORATION OF THE
TWENTIETH SUNDAY AFTER PENTECOST**



The man believed the word which Jesus said to him, and went his way.

SECOND COLLECT

LARGIRE, quaesumus, Domine, fidelibus tuis indulgentiam placatus et pacem: ut pariter ab omnibus mundentur offensis, et secura tibi mente deserviant. Per Dominum nostrum Jesum Christum ...

BE APPEASED, O Lord, we beseech Thee, and bestow on Thy faithful pardon and peace, cleansing them from every sin and letting them feel secure in Thy service. Through our Lord Jesus Christ ...

SECOND SECRET

CAELESTEM nobis praebeant haec mysteria, quaesumus, Domine, medicinam: et vitia nostri cordis expurgent. Per Dominum ...

May these Mysteries, we beseech Thee, O Lord, provide us with a heavenly Remedy; and purge our hearts from their vices. Through our Lord ...

SECOND POSTCOMMUNION

UT SACRIS, Domine, reddamur digni munibus: fac nos, quaesumus, tuis semper obedire mandatis. Per Dominum ...

Make us worthy of Thy sacred gifts, we beseech Thee, Lord, by keeping us always obedient to Thy commandments. Through our Lord ...

From the Mass for the Twentieth Sunday after Pentecost.

Epistle from the Letter of Blessed Paul the Apostle to the Ephesians, 5. 15-21.

FRATRES: Videte quomodo caute ambulatis: non quasi insipientes, sed ut sapientes, redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. Propterea nolite fieri imprudentes, sed intelligentes, quae sit voluntas Dei. Et nolite inebriari vino, in quo est luxuria: sed implerini Spiritu Sancto, loquentes vobismetipsis in psalmis et hymnis et canticis spiritualibus, cantantes et psallentes in cordibus vestris Domino: gratias agentes semper pro omnibus, in nomine Domini nostri Jesu Christi, Deo et Patri. Subiecti invicem in timore Christi.

BRETHREN: See how you walk circumspectly, not as unwise, but as wise; redeeming the time, because the days are evil. Wherefore, become not unwise, but understanding what is the will of God. And be not drunk with wine, wherein is luxury: but be ye filled with the Holy Spirit, speaking to yourselves in psalms and hymns and spiritual canticles, singing and making melody in your hearts to the Lord: giving thanks always for all things, in the Name of our Lord Jesus Christ, to God and the Father; being subject one to another in the fear of Christ.



Continuation of the holy Gospel according to St. John, 4. 46-53.

IN ILLO TEMPORE: Erat quidam regulus, cujus filius infirmabatur Capharnaum. Hic cum audisset quia Jesus adveniret a Judaea in Galilaeam, abiit ad eum, et rogabat eum ut descenderet et sanaret filium ejus: incipiebat enim mori. Dixit ergo Jesus ad eum: Nisi signa et prodigia videritis, non creditis. Dicit ad eum regulus: Domine, descende priusquam moriatur filius meus. Dicit ei Jesus: Vade, filius tuus vivit. Credidit homo sermone quem dixit ei Jesus, et ibat. Jam autem eo descendente, servi occurrerunt ei et nuntiaverunt dicentes quia filius ejus viveret. Interrogabat ergo horam ab eis, in qua melius haberet. Et dixerunt ei: Quia heri hora septima reliquit eum febris. Cognovit ergo pater quia illa hora erat, in qua dixit ei Jesus: Filius tuus vivit: et credidit ipse et domus ejus tota.

AT THAT TIME, there was a certain ruler whose son was sick at Capharnaum. He having heard that Jesus was come from Judea into Galilee, went to Him, and prayed Him to come down, and heal his son; for he was at the point of death. Jesus therefore said to him: Unless you see signs and wonders, you believe not. The ruler saith to Him: Lord, come down before my son die. Jesus saith to him: Go thy way, thy son liveth. The man believed the word which Jesus said to him, and went his way. And as he was going down, his servants met him, and they brought word, saying that his son lived. He asked therefore of them the hour wherein he grew better. And they said to him: Yesterday at the seventh hour the fever left him. The father therefore knew that it was at the same hour that Jesus said to him: Thy son liveth; and himself believed, and his whole house.

Proper Prayers of the Mass in the Extraordinary Form

ADDENDUM:

**COMMEMORATION OF THE
TWENTIETH SUNDAY AFTER PENTECOST**



The man believed the word which Jesus said to him, and went his way.

SECOND COLLECT

LARGIRE, quaesumus, Domine, fidelibus tuis indulgentiam placatus et pacem: ut pariter ab omnibus mundentur offensis, et secura tibi mente deserviant. Per Dominum nostrum Jesum Christum ...

BE APPEASED, O Lord, we beseech Thee, and bestow on Thy faithful pardon and peace, cleansing them from every sin and letting them feel secure in Thy service. Through our Lord Jesus Christ ...

SECOND SECRET

CAELESTEM nobis praebeant haec mysteria, quaesumus, Domine, medicinam: et vitia nostri cordis expurgent. Per Dominum ...

May these Mysteries, we beseech Thee, O Lord, provide us with a heavenly Remedy; and purge our hearts from their vices. Through our Lord ...

SECOND POSTCOMMUNION

UT SACRIS, Domine, reddamur digni munibus: fac nos, quaesumus, tuis semper obedire mandatis. Per Dominum ...

Make us worthy of Thy sacred gifts, we beseech Thee, Lord, by keeping us always obedient to Thy commandments. Through our Lord ...